



Universitätsbibliothek Paderborn

Lignum Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Ducissæ Venetum, filii, & filiæ Ducu[m], Sanctimoniales, & monachi. cap.
XXXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

Ducatum titulis dotau ingentibus , atque
Papa, liber minis fit Federice tuis.

Petrus Zianus , Dux.

PETRVS ZIANUS , Sebastiani Ducis filius , Arbae Comes , de Republica benemeritus , regiminis sui anno 22. Ienio iam confectus , de uxoris sua Constantiae , Tancredi Siciliae Regis filie , uoluntate , sponte se magistratu abdicauit die 26. Februarii anni 1229. & in cenobio Domini Georgii maioris habitu religionis sumpto , 15. post die id est , Martii 14. obiit , ibidemque sepultus est cum patre suo Sebastiano , epitaphio carens , sed in Ducali Palatio sequens meritum :

Bellipotens tota mibi subditur insula Crete.

Marcellus ubi supra . Menarchia eccles. lib. 25. c. S. §. 4.

Ducissae Venetum , filij , & filie Ducum , sanctimoniales , & Monachi . Cap. XXXV.

Ioanna , Petri Candiani Vxor , Ducisa .

 O A N N A , Petri Candiani Ducis Venetiarum XXII. vxor , ab ipso repudiata , an. Dom. 959. Ducus sui primo , in monasterio S. Zachariae monacham induit . Franciscus Sansouinus in descriptione ciuitatis Venetiarum , lib. 13.

Mauritius , Tribuni Memi filius .

MAVRICIVS , Tribuni Memi Ducis Venet. XXV. filius , monachus in monasterio Sancti Angeli (quod ab aliis S. Trinitatis dicitur) de Brondolo , parte uiuente factus , ibidem diem clausit . Vixit anno Domini 980. Sansouinus ibidem , lib. 13.

Romana , Ioannis Participati filia .

ROMANA , Ioannis Participati Ducis filia post patris sui monachatum , prima Abbatissa præficitur monasterio S. Laurentii martyris , anno salutis 841. Præposita est eidem a fratre suo Vrso Episcopo Oliuolense , qui illud suis expensis construxerat . Sansouinus ibidem , lib. 1.

Joanna , Vrsi Participati filia .

IOANNA , Vrsi Participati Ducis filia , sanctimonialis S. Zachariae , eiusdemque monasterii Abbatissa , anno Domini circiter 860. Sansouinus ibidem , lib. 13.

Feli-

Felicitas, S. Petri Urseoli filia.

- FELICITAS, s. Petri Urseoli Ducus, & Monachi filia, Sanctimoniis, & Abbatissæ XXV. monasterii S. Ioannis Evangelistæ, quodæ Venetiis. Floruit anno 980. *Sansouinus ibidem, lib. 3.*

B. Anna, Vitalis Michaelis filia.

BEATA Anna, Vitalis Michaelis Ducus filia, familia clarissima Iustiniana insidiis Emanuelis Imperatoris Constantinopolitanis rē extincta, nuptum datur fratri Nicolao Iustiniano, monacho S. Nicolai de littore, Pontificis Romani dispensatione, cui cum aliquo filios peperisset, Iustinianamque familiam restituisset integrum, marito ad monasterium suum reuertenti, ipsa quoque edificare magnifico cœnobio S. Adriani apud Amianum, in codem uite nupticæ normam amplexa, continuis orationibus, & jejuniis uacat, beatum Deo reddidit spiritum. Floruit anno Domini 1160. *Benedictus Iustinianus in vita S. Laurentii Iustiniani: & Tabula S. Nicolai de Littore.*

SEXTO